Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·iiij· Audi fili mi. Si lactauerint te peccatores ne acquiescas eis. Si
dixerint tibi: ueni nobiscum in insidiemur sanguini abscon-
damus tendiculas contra innocentem frustra. ne acquiescas
eis. ℟. Da mihi domine sedium tuarum assistricem sapiam. et noli me repu-
tare a pueris tuis. Quoniam seruus tuus sum ego et filius ancille tue. ℣.
Domine prohibe aures meas ne declinent in malitiosum. Quoniam
·v· Fili mi prohibe pedem tuum a semitis eorum. pedes enim eorum
ad malum currunt. et festinant ut effundant sanguinem. Frustra
enim iaciuntur retia ante oculos pennatorum. ℟. Domine prohibe aures
meas ne declinent in malitiosum excollenda oculos meos
ne dedis mihi. et desiderium malitiosum aures ame domine auferam et superbiam
et aduenientem. et insolentiam ne tradas me domine. ℣. Duo rogauimus te
ne deneges mihi antequam moriar. vanitatem et uerbum mendacii longe fac
ame. ·vi· Sapientia foris predicat. in plateis dat uocem suam
In capite turbarum clamitat in foribus portarum. Vobis uiros
profert uerba sua dicens. Vsque quo paruuli diligitis infantiam.
℟. Verbum iniquum et dolosum longe fac ame domine. diuitias et paup-
tates ne dedis mihi. Sed tantum victum meo tribue necessaria. ℣. Ne for-
te satiatus euomam illud. et puerem nomen dei mei. Sed tantum.
·vij· Vsque quo stulti ea que noxia sibi sunt amabunt. et imprudentes
odibunt scientiam. Conuertimini ad correpationem meam et
proferam uobis spiritum meum. et ostendam uobis uerba mea. ℟.
Magna enim sunt iudicia tua domine. et ineffabilia uerba tua. Ma-
gnificasti pleniter tuum. et honorasti. ℣. Deduxisti sicut oues populum tu-
·viij· um in manu moysi et aaron. Mag. Vocauit et renuistis extendi
manum meam et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne
consilium meum. et increpationes meas neglexistis. Ego uero